

Johann Huswedel

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias ... Matronae honestißimae Margaretae Güsebeers/ a liberis maestissimis hodie hora media prima in templo Mariano paratas invitat. Omnes Academiae Cives ...

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777527413>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in M. Güsebeer,
uxor. J. Wend
et postea A. Schonlow.

R. 1638.

50.

2

PROGRAMMA

Quo

Rektor Universitatis Rostochiensis

JOHANNES HUISVVE-
DELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Matronæ honestissimæ

MARGARETÆ

Güsebeers/ à liberis mæstissimis ho-
die hora media prima in templo Mariano
paratas invitat.

*Omnes Academia Civēs, quanto eos studio
invitare potest ac debet.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typ.

ANNO MDCCLXXXIX.

PROGRAMMA

Quo

Magister Universitatis Rostochensis

IOHANNES HUSVVE-

DELLUS, Phil. Dr. Prof.

CAU. EXE. QUAS

Alanus Bonifacius

MARGARETA

Disputationis in Philosophia

de hinc inde prima in templo Mariano

partes in illis

Omnes Alacunas Cetero pariter hinc

in omni parte ad hunc



Rostochi

Typis Nicolai Kriegeri Typ.

Anno 1733



Atronam viduam DEO

curæ esse, testis ipse Deus est, qui se viduarum Tutorem & curatorem & ipse vocat, & ab aliis vocari gaudet: Homines vero exemplū Dei ut imitentur, necesse est, eamq non tantum curent, aut honestent verbis in ore & lingua natis, non autem in corde, sed & re ipsa. Verum de viduis pii. honestis & pudicis hoc intelligendum esse, & recta do et ratio, & sacræ literæ testantur. S. Jacobus ait Cap. 1. suæ Epist. v. 27. Purum & immaculatum Deo cultum præstant, qui viduas in sua calamitate visitant, id est, consolando, consulendo, re ipsa & opera juvant. Imo Servator noster graviter comminatur hypocritis qui viduarum domos comedunt, & tamen preces longas pertexunt. Plura sunt ejus argumenti dicta, scripta, quib. rectæ accedit rationis lumen. Cui enim generi suppetias nostras ferre debemus magis, quam ei, quod propriis viribus destituitur? Et commendatissima esse solet iudicibus causa illius, qui vel infirmos

B 2

patro-

patronos habet vel nullos, scilicet, ut nimias o-
pes odimus, sic exiguas tenuesq; adjuvamus:
quemadmodum ipse Deus fastuosa & eminentia,
minuere & opprimere, humilia vero & pres-
sa elevare atq; erigere consuevit. Hoc de nu-
mero viduarum fuisse intelligimus foeminam,
piam, honestam & pudicam, MARGARETAM
Güsebiers / Clarissimi & Consultissimi p. m.
viri Dn. ALBERTI SCHONLOVII J. U. D. re-
lictam viduam. Ea nata est in hac urbe Anno
millesimo quingentesimo octogesimo quarto,
die 14. Septemb. ex parentibus primariis, & ho-
noratis: Pater enim ei fuit Vir Amplissimus p.
m. & Prudentissimus Dn. HENRICUS Güsebier/
Senator hujus Reipubl. gravissimus, mater ANNA
Nettenblades / matrona honestissima. Quæ quã
solicite hanc filiam suam à prima ætate per suc-
cedentem eduxerit usq; ad annos nubiles, con-
jectura non difficilis est ex eventu; siquidem
pietate, morum commoditate & scientia rei fa-
miliaris commotus vir Præstantiss. Dn. JOACHI-
mus Wend / post maritus, eam amare cepit, à pa-
rentibus uxorem sibi dari petiit, & impetravit
cum ea esset annorum viginti. In hujus viri
conjugio pio, placido & concordi septem annis
vixit, & ex eo præter alios duos filium HENRI-
CUM

eum **Wend** suscepit vivum adhuc & superstite.
Elapso isto septennio conjugii prioris, biennio
sequenti vidua mansit ad exemplum in sacris li-
teris expressum; & mariti non tam quasi defun-
cti, quã peregrè absentis memoriam piè & castè
servavit: donec providentia divina juveni vi-
duæ de alio marito prospexit Viro Clarissimo &
Consultissimo Dn. ALBERTO SCHONLOVIO J. U-
D. cum quo totos viginti tres annos in conju-
gio similiter tranquillo & fortunato transegit;
ita quidem ut marito, quod ante biennium de
eo scriptum est, gloriari licuerit cum Pompo-
nio, nunquam se cum uxore in gratiam rediisse,
utpote à qua nunquam secessionem fecerat. Se-
cutus est ergo fructus conjugii non simplex; E-
didit enim liberos utriusq; sexus, masculos, qui-
dem ALBERTUM & JOANNEM FRIDERICUM, fe-
mellas vero ANNAM & MARGARETAM, è quibus
JOHANNEM FRIDERICUM amisit admodum puerū,
si amissus is dici potest, qui ex his terris ad coelū
transfertur: Eum, licet satis magno intervallo,
secutus est maritus Anno millesimo sexcentesi-
mo trigesimo sexto, & uxorem viduam cum tri-
bus liberis reliquit. Ex quibus patrem, brevi in-
tervallo post, secuti sunt, filia ANNA jam matura
viro jam plenis nubilis annis, & ALBERTUS exi-
miæ


miæ spei adolescens. Non dubium est quin ma-
tri viduæ adficietissimæ hic obitus carissimorum
liberorum adtulit luctum vehementissimum;
id quod morbus quoq; circa tempus Resurre-
ctionis Dominicæ exortus haud dubiè testatum
reddidit; Siquidem ab eo tempore molestissimū
tumorem sentire & ex eo male habere cepit: quæ
ægritudo duravit usq; ad 20. diem Octobr. quo
die hanc vitam cum morte, imò rectius hanc
mortem cū vita commutavit, anno ætatis quin-
quagesimo quinto, relictis liberis ex priore con-
jugio, HENRICO Wend / ex posteriori MARGA-
RETA SCHÖNLOVIA virgine lectissima. Nullum
dubium est, quin finem vitæ hujus pia vidua
invenerit pium, placidum ac tranquillum; talis
enim ipsa vita fuerat: *Ἔργα δὲ πολλὰ ἢ πρὸ ἀρχῆς αἰ-
κῶς, καὶ πρὸς τελευτὰς αἰκῶς ἐσθ' ἄταως ἔχειν.* Omne si quis
recte incipiat negotiū, finē quoq; sortiri talem
solet. De quolibet negotio quod Pœta dixit, in
vita humana gerendo, quidni de ipsa dicatur?
Quisquis enim vitam piè auspiciatur, pios in ea
progressus facit, quidni pium finem inveniat?
pium vero dico non id, quod pium videtur, sed
quod est. Quanta enim eorum est quamq; ob-
via copia, qui nihil omnium prætermittunt, quæ
speciē pietatis præ se ferunt, ipsi vero adversan-
tur;

209
tur: interim conscientiam graviter lauciatam
prodit Catastrophe dramatis, in cuius protasi &
Epitafi locus quidem eximiè SIMULANTI fuit, nō
etiam in illa. Postquā enim eò devenit aliquis,
inquit apud Platon; Cephalus, ut se brevi mori-
turum opinetur, incidit in eum Timor & cura
quædam eorum, quæ in superiori vita neglexit
vel fecit: reputat enim secum & examinat, con-
scientia teste, incorrupta, si quem injuria affece-
rit (per vim vel dolum nihil interest): ita ei inju-
ria, quasi furia quædam ex inferno profecta oc-
cūrrit, & quiescere ac tranquillo sine vitā clau-
dere non sinit. Qui autem nullius injuriæ sibi
consciū est, huic jucunda spes semper adest, &
bona *γερουσία*, senectutis nutrix, ut Pindarus
eam vocat. Locum adscribendum duxi, ut hac
saltē occasione juventus nostra cognoscat, quā-
tum lucis in illis tenebris fuerit præ multis Chri-
stianis: verba hæc sunt, *ὅς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὴν βίον
διαζῶη, γλυκῆα ἡ καρδίαν ἀπάλλοισα γερουσία συναγορῆ
ἐλάτῃ, ἢ μάλιστα θανάτων πλύτροφον γνώμων κυβερνά.*
Quicumq; justè sancteq; vitam exigit, dulcis eū
spes comitatur cor nutriens & senectutē fovens,
quæ maximè hominum volubilem gubernat a-
nimum. Hæc ille, non ea tamen fini producta,
ut Christianis mediis aliquid virium vel roboris
detraclum eatur: sed ut appareat quantum pos-
sit

lit animus Christi spiritu instructus, cum solius
rectæ rationis usus tantum sua, quamlibet ob-
scura, luce valeat efficere. Sed nostra defuncta, ut
mulier pia & sanctimonix studiosa, præter bonã
conscientiam, Ecclesiastica quoq; procuracione
haud dubie usa, admigrationem ex hoc mundo
in æternam vitam se accinxit ac præparavit. De
exuviis illius placidam quietem, supersticib. li-
beris efficacem consolationem, animæ in manu
Dei vitam & lætitiã sine tormento mortis im-
mortalem donet. Cæterum, Cives Academici,
nostrum officium est ut ad afflictis opem, moestis
consolationẽ afferamus, quantum in nobis est:
Id hoc tempore vix alia ratione efficiemus, quã
si frequenti comitatu funus ornemus. Vestra,
quidem, studiosi adolescentes, nuper in Senato-
rio funere laudata est frequentia: cessit ea laus
& vobis in honorem & universæ Academiæ: fa-
cite ut nunc quoq; in his exequiis honestissimũ
obedienciæ studium appareat: nec solum obedi-
enciæ, sed & pietatis, quæ Christiano proximo
debetur: imo & almæ matri Academiæ, imo vo-
bis ipsis. Vestram enim salutem & incolumitatẽ,
quæ illi: incolumitate continetur, una eadem-
que opera Deo in his periculosis temporibus
commendabit & Mortis μελέτην meditationem,
recoletis. P. P. Rostochii sub sigillo Re-
ctorat. 1638, die XXIII. Octob.



tur: interim conscientiam gravem
 prodit Catastrophe dramatis, in
 Epitafi locus quidem eximie SIM
 etiam in illa. Postquam enim eò de
 inquit apud Platon: Cephalus, ut
 turum opinetur, incidit in eum T
 quaedam eorum, quæ in superior
 vel fecit: reputat enim secum & e
 scientia teste, incorrupta, si quem
 rit (per vim vel dolum nihil intere
 ria, quasi furia quaedam ex infern
 currit, & quiescere ac tranquillo
 dere non finit. Qui autem nulli
 conscius est, huic jucunda spes se
 bona *γηροσόφου*, senectutis nutrit
 eam vocat. Locum adscribendum
 saltē occasione juventus nostra co
 tum lucis in illis tenebris fuerit pra
 stianis: verba hæc sunt, *ὅς ἂν διακρί
 διακρίνη, γλοκῆα ὀικαρδίαν ἀτάλαιοσα γη
 ἔλασι, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύσροφον*
 Quicumq; justè sancteq; vitam ex
 spes comitatur cor nutriens & sen
 quæ maximè hominum volubiler
 nimum. Hæc ille, non ea tamen
 ut Christianis mediis aliquid viri
 detractum eatur: sed ut appareat



am
 &
 t, nō
 quis,
 ori-
 ra,
 exit
 on-
 ee-
 ju-
 oc-
 au-
 sibi
 , &
 rus
 hac
 uā-
 ri-
 βιον
 πορεῖ
 γνα.
 eū
 ns,
 t a-
 ta,
 ris
 of-
 fic